~~W. 1. 3.~~

Annotationes quaedam in foetum 46 annorum &c.

foetum . requicum 46 annorum, quem curiositati nostrae benigne
obtulit Serenissimus Dux Wurtembergae, in comitiis suis 7 octob.
1732 magnâ cum satisfactione vidit societas academica chirurgica
nuper creata Parisiis favente rege christianissimo: et haec sunt quae
post brevem inspectionem cogitavimus ~~de~~ de hoc foetu si quibusdam compareter.
famosi sunt eiusdem fere generis duo quos gallia dedit, Senonensis
anno 1582 et Tolosanus anno 1678. non his addimus Mussipontanum
si enim thomas Bartholinus huic non credidit, quis credet! neminem
latet (clarissimi viri pace dixerim) quantâ facilitate res multas quae
fidem humanam pene superant in historiis suis rarioribus protulerit;
tamen foetui mussipontano fidem negavit, suspectam, inquit, non
pauca reddunt historiam, &c. non idem potest ferri iudicium de lithopaedio
Senonensi cuius historia in dubium revocari nequit, testimoniis fulta bonis
quae legere est in scriptis Albosii et Provancherii ad calcem Rosseti
in editionibus latinis casarei partus. Lithopaedium hoc transiit
fortuito in museum friderici III. regis danorum ubi inspexit illud

contrectavit Bartholinus: quomodo ad fidei cum ~~transierit~~ pervenerit narrat Licetus. Tholosani foetus accuratam descriptionem publici-iuris fecit Professor Bayle, possidet eum Novesius inre anatomica clarus, tradidimus in nostris comitiis. nunc licet cum istis Suecicum prodigium comparare

Senonensis foetus mansit in utero matris 28 annis, Tolosanus 25, Suecicus 46. Senonensis in utero contentus ipsi adhaerebat in pluribus locis, nullis interpositis membranis, imò nullum harum ce vestigium erat, Tolosanus extra uterum omento adhaerebat, membranae pelli ~~[illegible]~~ coalita materiam quandam callosam quâ investiebatur, non ubique densam aequaliter formabant, Suecicus ~~in utero~~ in cavitate utero annexa iacebat membranae ipsum involventes crassae, durae admodum, et osseae factae foetus domicilium faciunt. Senonensis saxeâ soliditate induxerat, partes verò internae ~~minus erant~~ erant minus durae quàm externae. Tolosanus, visceribus exceptis quae mollia erant omnino, quasi è cartilagineâ substantiâ in osseam conversus fuit, Suecicus ~~siccatus~~ desiccatus tantum, foetum mox expirantem sine putredine referebat. in Tolosano

difformitas [est] satis magna, in senonensi maxima, suevicus formam et figuram servavit naturalem. in multis igitur discrepat suevicus foetus a caeteris, si ~~[illegible]~~ reposcas indurationis membranarum et [f] mentationis in utero causas, dicere cum bartholino nobis non indecorum erit, cum de senonensi loquimur: factum admiremur, vias ignoremus.

~~societas~~ ~~no~~ societas

nostra enim ~~academia~~ observationum avida, ratiocinii parca, esse glorietur